

## **Qvadragesimale Ambrosianvm Dvplex, In Dvos Tomos Divisum**

In Hoc Opere Per Singulos Qvadragesimæ dies habetur bina Concio cum  
Morali, iuxta Euangelia, quæ in Ecclesia Mediolanensi leguntur. Cvm  
Indicibvs, Sacræ Scriptvræ, Et Rervm notabilium, cum Summa Concionum  
& Thematum Euangeliorum. Accomodantvr Hae Conciones Ad VsVm  
Romanum pro Quadragesima & ...

Tomvs Primvs, Continens Conciones A Dominica Prima, Qvæ Dicitvr In  
Capite, vsque ad quartam exclusiuè, quæ dicitur de Caeco

**Bellintani, Mattia**

**Coloniae Agrippinae, 1626**

Accomodatio Harvm Concionvm Secvndi Tomi Ad Evangelia Festorvm  
Adventus secundum Vsum Romanum.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55873](http://urn.nbn.de/hbz:466:1-55873)

DOMINICA IN RAMIS  
PALMARVM.

In hac eadem Dominica & Euange-  
lio habentur duæ Conciones. pa-  
gina 614

Fer. 2. Dom. in Ram. Ante sex dies Pa-  
schæ venit Iesus Bethaniam. Ioan. 12.

Fecerunt autem ei canam ibi.

Cœnam gratam Christo facit, qui se  
digne præparat in anima, ad il-  
lum recipiendum: fit autem hoc  
cordis purificatione, ac ieiunio.  
De quib. per integrum Concio-  
nem agitur hac eadem Feria. pag.

633

Quare hoc vnguentum non venit tre-  
centis denariis, & datum est egenis.

Zelum pietatis fictum ostendebat  
Iudas, & quam reprehensibilis  
sit, ostenditur Fer. 3. Dō. in Ram.

Conc. 2. p. 665. & seq.

Sinete illam, ut in diem sepulture mea  
seruer illud.

Vnctio ista, ex verbis Domini, nil a-  
liud est quam præparatio sui ipsi<sup>9</sup>  
ad ritè celebrandam Passionem,

& hilariter, & promptè Quo ex-  
emplo docemur, nos quoq; præ-  
parari debere ad tam magnum  
eiusque vberimum fructum su-  
scipiendo. De qua præparatio-  
ne agitur in hac eadem Feria  
Conc. 2.

In Ferijs alijs huius Hebdomadæ  
sanctæ potest agi de Passione Do-  
mini. De qua agitur in omnibus  
sextis Ferijs huius Quadragesi-  
malis.

In Ferijs autem tertia, & quarta hu-  
ijsmet Hebdomadæ habentur  
propriae Conciones, quæ cum  
tractent de mysteriis Passionis,  
optimè deseruire poterunt iis qui  
concionari voluerint.

FER. VI. HEBDOMADÆ  
S A N C T . A E.

Concio propria in hac eadem die,  
quam Auctor morte præuentus  
extendere non potuit.

Die Paschatis. Conciones duæ.

Fer. 2. Paschæ. Conciones duæ.

Fer. 3. Concio vnica.



A C C O M M O D A T I O

HARVM CONCIONVM SECUNDI  
TOMI AD EVANGELIA FESTORVM ADVEN-  
tus secundum usum Ro-  
manum.

DOMINICA I.  
ADVENTVS.

E Runt signa in Sole, & Luna, & Stel-  
lis. Luc. 12. 25. His autem fieri inci-

pientibus, respicite, & leuate capita  
vestra, quoniam appropinquat Re-  
demptio vestra.

His verbis ad cœlestia erigimur, &

\*\*\* 3 ad

ad oculos aperiendos inuitamur,  
vt mala nostra videntes, illa vite-  
mus, & ad bona Dei aspiremus.  
De rebus terrenis non curandis,  
de remedio vt hoc præstare possi-  
mus agitur & continue à pag. 385.  
vsque ad 383. à pag. 388. vsque ad  
finem Moralis. Inuitantur ho-  
mines ad aperiendos oculos, vt  
veritatem hanc & respiciant, &  
agnoscant.

Tunc videbunt Filium hominis venien-  
tem in nube cum potestate magna, &  
maiestate.

Ne ergo ad gehennam iudicemur à  
Christo, docemur quid agere  
debeamus illis verbis Euangeli-  
cis: Nolite iudicare, & non iudica-  
bimini. Vbi agitur de iudicio tem-  
erario in proximum; & quod  
quæcunq; res siue bona, siue ma-  
la, si in proximum illam agimus,  
eadem rependetur nobis. Nam,  
In qua mensura mensi fueritis, reme-  
tietur vobis. & Nolite iudicare & non  
iudicabimini. pag. 412. vsq; ad 421.

### DOMINICA II.

#### ADVENTVS.

Cum audisset Ioannes in vinculis opera  
Christi, mittens, &c. Matth. ii. 2.

Quam facile Potentes, quia poten-  
tes, ruant in omne scelus, vt He-  
rodes Rex, qui prius Ioannem in  
vinculis posuit, postea ad necem  
eius est prolapsus. Hoc ostenditur  
Fer. 4. Dom. in Ram. Conc. 2.  
n. 4. pag. 688. n. 4.

Euntes renuntiate Ioanni, quæ vidistis:  
Mortui resurgent, pauperes euangeli-  
zantur.

Mortuos resuscitare, & corporali-  
ter, & spiritualiter, quomodo

propriè spectet ad Messiam, cum  
ipse sit & vera vita, & ad hoc in  
mundum venerit, ostenditur à  
pag. 261. vsque ad 265.

Tu es qui venturus es, an alium expecta-  
mus?

Cur Christus tam tardè venerit, ra-  
tiones tres. à pag. 675. vsq; ad 677.  
Christus venit vt saluet, & vt suffi-  
cientia sua suppleat indigentia  
nostræ. de qua materia per Con-  
cionem integræ agitur à pag.  
469. vsq; ad 479.

### DOMINICA III.

#### ADVENTVS.

Miserunt Iudei ab Ierosolymis Sacerdo-  
tes, & Leuitas ad Ioannem, vt inter-  
rogarent eum, tu quis es? Ioan. i. 19.

Ad cognoscendum Deum duo no-  
bis specula clargita sunt, creatu-  
rarum unum, scripturarum alte-  
rum. Primum ad illū, vt immor-  
talis est, cognoscendum; alterum  
vt passibilis. De quibus agitur  
Fer. 5. Dom. de Cæco, pag. 574.

Dirigite viam Domini. Vt rectè susci-  
piatur Christus in cordibus no-  
stris, corda ipsa nostra mundare,  
& purificare debemus. Hoc tra-  
ctatur Dom. in Ram. Conc. i. pag.  
614. n. 2. & seq.

Qui Christum vult spiritualiter in se  
recipere, necesse, vt dirigat viam  
Domini, animam à peccatis ab-  
strahendo. De hoc agitur die Pa-  
schatis, & ad hoc præstandum  
excitamus. ibid.

### DOMINICA IV.

#### ADVENTVS.

Anno quinto decimo Imperii Tiberii Ce-  
saris, procurante Pontio Pilato Iu-  
deam, &c. Luc. 3.

Factum

*Factum est Verbum Domini super Ioannem Zacharie filium, in deserto, & venit, &c.*

Cum ad debellandam hominum malitiam Ioannes mitteretur debuit sapientia diuina superuestiri, nam inter utramque semper est pugna. De pugna hac inter sapientiam Dei, & hominum malitiam agitur Dom. de Cæco. Cœc. 2. pag. 382. & dantur media, & hortamur omnes, ut à parte sapientiae stemus.

*Parate viam Domini, rectas facite semitas eius.*

De præparatione, quæ ab hominibus fieri debet, ut venturum Dominum in se ritè recipiant, agitur in primo tomo pag. 477. occasio accipitur à sanctitate Christi, quæ cum sit supra omnem mensuram, etiam nos ad eam quantum possumus disponere tenemur. Sic Ioannes sanctissimus, ut Angelus viam Domini præparauit. Mortificatio carnis ibi suadetur ut optima præparatio. Sic Ioan. in deserto, Baptismum pœnitentiae prædicans, hanc & exercet, & docet.

Potest desumi aliud motivum præparationis huius facienda, qd; Christus in hunc mundum venit ut assumeret infirmitates nostras, & ut pataretur pro nobis, medereturque nostris inordinatis affectionibus. Hoc tractatur in eodem tomo pag. 495.

IN NATIVITATE DOMINI.

*Et Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Ioan. 1.*

Quare ad nos Filius Dei venire voluerit, & affici malis nostris, rationes afferuntur, & de charitate Dei erga homines. p. 479.

Tria possunt considerari. Primum, quod qui nascitur, est Filius Dei. Secundum, quod est Christus. Tertium, qui sit finis eius Adventus. Omnia hæc tractantur pag. 474. quæ omnia aptari possunt pro Feria 2. Pentecostes.

IN FESTO S. STEPHANI.

*Ecce misericordia vestra Propheta, & sapientes, & scribas, & ex illis occidetis, &c.*

Matth. 23, 34.

*Ecce relinquetur vobis dominus vestra deferta.*

Qui sine ratione vivunt, incapaces sunt doctrinæ Christi, ideo iussit Christus Apostolis ne mitterent margaritas ante porcos, cum autem Iudei passionibus & affectionibus terrenis essent repleti, conuincuntur irrationalib[us], & ideo incapaces legis diuinæ, & consequenter relinquendi. De hoc tractatur pag. 170.

*Vt reniat super vos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram.*

Iuste sanguine puniuntur, qui sanguinem fuderunt, nam quales sumus cum proximis nostris, talis Deus est nobiscum. Hoc tractatur in Morali Conc. 2. Fer. 4. Dom. de Cæco. pag. 444.

*Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat, &c.*

Potest tractari de vocatione ad gratiam, de qua tractatur die Paschatis. n. 379. & sequentibus.

IN

IN FESTO S. IOANNIS.  
Dixit Iesus Petru: Sequere me. Conuer-  
sus Petrus vidit illum Discipulum  
quem diligebat Iesu, sequentem. Ioan.  
21. 10.

Cum in hac solemnitate emicet a-  
mor, & charitas Dei erga S. Io-  
annem, ex quo postea fuit, ut ver-  
ba ipsius aliud non redolerent  
quam charitatem, vniōnem, & a-  
morem, hæc autem à Deo obti-  
nunt munditia cordis medi-  
ante, huic attendendum ut amo-  
rem istum consequamur. De qua  
munditia, & purificatione cor-  
dis agitur die Dom. in Ram. pag.  
614. Fer. 2. & suadetur, & media-  
dantur ad illam obtainendam.  
pag. 633.

Hic est Discipulus ille, quem diligebat  
Iesu.

Sicut dilectio annexit amantem  
cum amato, ita odium, & rixa se-  
parat hominem ab homine, & à  
Deo. De odio, discordia, & rixa,

quam mala sit, quam pessim i ipsi  
effectus, habetur Fer. 3. in Ram.  
per totam Conc. pag. 652. & se-  
quent.

IN FESTO SS. INNO-  
CENTIVM.

Angelus Domini apparuit in somnis Io-  
seph, dicens: Surge, & accipe Puerum,  
& Matrem eius, & fuge in Aegyptum.  
Matth. 2. 13.

Aliquando bonum, aliquando ma-  
lum persecutiones declinare, ex-  
emplo Christi docemur. Vtrum-  
que hoc habetur pag. 625. n. 4.  
Huius etiam habetur figura. pag.  
& seq.

Interesse Regni fuit in causa vt He-  
rodes ad necem quæreret Iesum.  
De hoc agitur pag. 387. n. 10. vbi  
ostenditur quod lex cedit, vbi in-  
teresse viger. & pag. 520. vbi o-  
stenditur Iudeos ob interesse  
non amittendi Principatum,  
Christum occidisse, & vtrumque  
perdidisse.

D O M I